Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Mere dignum et iustum est equum et salutare.
Nos tibi semper et ubique gracias agere domine sancte
pater omnipotens eterne deus. Et te in annuncia
tione beate marie semper uirginis collaudare. bene
dicere. et predicare. que et unigenitum tuum sancti
spiritus obumbratione concepit. et uirginitatis gloria
permanente lumen eternum mundo effudit ihesum
xpm dominum nrm. Per quem maiestatem tuam
laudant angeli. Adorant dominationes. Tremunt
potestates. Celi celorumque uirtutes ac beata seraphim
socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nras
uoces ut admitti iubeas deprecamur supplici confes
sione dicentes. Sanctus Prefacio in quadragesi
Per omnia secula seculorum. amen. ma in plenis offi.
Dominus uobiscum. Et cum spu tuo. Sursum
corda. Habemus ad dnm. Gracias agamus domi
no deo nro. Dignum et iustum est.
Mere dignum et iustum est equum et salutare
Nos tibi semper et ubique gracias agere domine sancte
pater omnipotens eterne deus. Qui corporali
ieiunio uicia comprimis mentem eleuas